1

Presented to the Library
BY
Dr. William Osler

~~NA 1. 26~~ NA3

Class 471.7 Book N72

No. 85
Library of the Faculty of Medicine,
McGILL UNIVERSITY,
MONTREAL.
Received 1907

FROM
THE LIBRARY
OF
SIR WILLIAM OSLER, BART.
OXFORD

7543

5

7543. In Latin, on parchment: written in 1664 at Padua: $10\frac{1}{4} \times 7\frac{1}{4}$ in., 8 leaves: with illuminated frontispiece, miniatures, coat of arms, &c.: in fine contemporary binding of morocco tooled in gold; with three seals in morocco leather boxes similarly tooled, attached by woven silk cords.

Diploma of the University of Padua, conferring upon Joannes Nolto, son of Bartholdus Nolto of Brunsbuttel Dithmar, the degree of doctor of philosophy and medicine, 23 Dec., 1664; subscribed by Raimundus Joannes Fortis, president, Blasius Bartholinus, pro-rector and syndic, and Hieronymus Sanctasophia; with notarial attestation. At fol. 3v is a miniature portrait of the recipient, 'etatis sue xxvi', surrounded by Apollo and the Muses, and at fol. 4 is a coloured sketch of his arms with miniatures of five ancients (Aesculapius &c.). Attached to the diploma are three fine seals, namely those of the University of Padua, of St. Mark of Venice, and of the German nation of artists in the University.

LIBRARY
MEDICAL FACULTY,
McGILL
UNIVERSITY

85

IOANNES NOLTO PH: & MED
Doctor ętat: Suæ ann: XXVI.

IN CHRISTI NOMINE AMEN

VNIVERSIS & ſingulis preſens hoc pu-
blicum Doctoratus Priuile-
gium viſuris lecturis et au-
dituris Nos RAYMVDVS
Io FORTIS Veronensis Phil: & Medic: Doct.
et in Nobiliss: Patau: Acad.ª ad Practicā ordin:
Medicinę primari⁹ Professor, Inclytiq ordinis
DD. Philos: & Medicinę Doctor, et Professorū
Auctoritate VENETA PRÆSES ſalutem in
EO qui eſt omnium uera Salus.

Antiqua et preclara Vniuer:tas Patauina
bonar; Litlrarum Mater Glorioſa & artiū

Artium ac Scientiarum Parens optima quę clariſsimor. Doctorum splendore Vetuſtiſsimor. studiorū auctoritate et ſidereis doctrinę ac virtutum omniū monumentis, non modo per Italiam sed per totā etiam Europam et ubique gentiū inter Academias principatū obtinet, eos dumtaxat ad summum Doctoratus in Philosophia et Medicina gradum et Magiſterij dignitatem, qua ceteris hominū generibus preferuntur, euehere et extollere cōsueuit, quos virtutum excellentia, meritor. copia, diuturna studia, peruigiles labores, tādem etiam examinis rigorosi certamen Laureâ Academicâ et Doctoratus Coronâ dignos exhibuerit. Æquum enim et rationi consentaneū Semper uiſum fuit Maioribus nr̃is unumquemque pro meritis præmia digna ferre, neminique ad honor. faſtigia, nisi per laborum certamina, et uirtutū adyta, aditum patefacere. Propterea iure optimo sancitum eſt ut qui liberalib. artibus Phil: et Medicinæ omnē suā operā et assidua studia impenderent, ij maximis laudibus et sum̄is honoribus, ęquiſsimis scilicet Virtutis præmijs afficerentur; quatenus eor. exemplo exemplo Socij et Poſteri ad capeſsendam virtutem ac summe probitatis et laudis decus honore et gloria accenderentur, et ut in uia probitatis fiducie decoris et gloriæ consolarentur. Significam. itaq. vobis declaramus et har. serie fidem facimus liberā et absolute atteſtamur, qd die infrascriptâ datar. pręsentiū Nos Præses antedictus auctoritate Venetâ, iuxta antiquā & approbatā consuetudinē ac Priuileg: Almę Vniuersit: Patauinæ, quib. fungimur in hac parte, sub regimine Illuſt: et Gener: DD. BLASII BARTHOLINI Nob: Veronēsis Prorectoris & Syndici digniſsimi dictę Vniuersit: DD. Philosophor. et Medicor. florentiſsimæ huius Acad: Antenoreę qualiter in quā per Venerabilem Conseſsū Exc:^os Doctor. et Professor. Phil: et Medicinę in Academia Patau:^a Præclariss: et Eruditiss: D. IOANNES NOLTO Dni BARTHOLDI Filius Brunsbutteliâ-Dithmarsus, adductus eſt ad nos cum uberrimis teſtimonijs ingenuitatis et probitatis suæ, nec non diuturni studior. curriculi in artibus liberalib. et disciplinis Philosophicis et Med: et cū certiſsimis documētis labor. uigiliar. et exercitationū per idoneū annor. numerum continuator., quē à Promotoribus suis de meliori nota nobis comēdatū et oblatū ad subeundum suū ultimū examen doctrinę quod rigorosū Vocant, Punctis in Phil:^a et Med:^a heſternâ die sorte eductis, et pro more huius Academię eidē aſsignatis, hodie diligenter et acriter examinari corā Nobis et excuti curauimus. Ipse autē locis persequendis argumentis tractandis queſtionib. et oppositionib. clare soluendis, casib. explicādis et curationib. proponēdis in omni denique sua periclitatione tā doctè laudabiliter excellenter, egregiè et doctoreo more segeſsit, talemq. vigorē ingenij ac tantā oſtendit ui memoriæ, doctrinæ, facundię et cęterarum rerum, quę in consumatiſsimo Phil: et Medicinæ Doctore requiri solent, ut magnā sui expectationē quā apud omnes concitauerat non solum suſtinuerit, sed etiam longiſsimè superauerit. Quamobrē ab Exc:^mis

Inclyti ordinis prefati Doctoribus et Profeſsoribus omnib. ibidem continuo exiſtentibus
Vnanimiter et Concorditer Cunctiſque Suffragijs ac eorum Nemine Penitus atq.
Penitus Diſcrepante aut Diſsentiente nec Hæſitante quidem, idoneus ac ſufficien=
tiſsimus Philoſophus et Medicus fuerit iudicatus et merito quidem approbatus ſi=
cut ex eorum omniū Suffragijs et ſingulorum ſententijs in Scrutinio ſecreto No=
bis porrectis euidenter et perſpicue conſtitit. Nos itaque antiquā ſequentes con=
ſuetudinem et ſententiam Priuilegiorum Patauinæ Academiæ, habita ratione
ſcientiæ, eloquentiæ, peritiæ, facultatis, methodi curandi et aliarū virtutū ac mo=
rum eiuſdem quorū omniū certiſsimum ſpecimen exploratus et pertentatus dedit
de conſilio et ſententia predicti venerandi Conſeſſus Doctor. et Patrum preſentiū
et hoc ipſum poſtulantiū pro tribunali ſedentes eundē Preclariſs: & Eruditiss:
Dnūm IOANNEM NOLTO Virum quidem Doctiſsimū et ita vniuerſis
nature dotibus ornatum ut nihil amplius ei deeſſe uideatur, Doctorē Philoſoph.
& Medic: in Dei nomine approbauimus et approbatum eſſe uolumus: pronun=
tiantes et declarantes eū eſſe optime habilem idoneū et dignū officio munere di=
gnitate et honore Doctoratus in Phil: & Medicina ipſumque continuo Philoſ:
& Medicinæ Doctorem publice et ſolemniter fecimus et creauimus ac per pre=
ſentes literas facimus et creamus, tribuentes ei et concedentes tanquā vere ido=
neo ac optime merito et hac promotione honoriſque apice digniſsimo liberam
ac plenam poteſtatē et auctoritatē Cathedrā Doctoralē aſcendendi ac Inſignia Do=
ctoratus a Promotoribus ſuis petendi et recipiendi ut in poſterū libere et plenarie
publice ac priuatim in quibuscūq. Philoſophicis & Medicinalib. diſciplinis hic
et ubique in toto Orbe Terrarum legere, repetere, conſulere, diſputare, queſtiones
terminare, controuerſias decidere et practicare poſsit ac earum ſingulas partes,
aut uniuerſas profiteri docere, gloſſare, interpretari et comentari omnemq. Me=
dicinam facere et exercere Scholas regere, Baccalaureos conſtituere, omnibusque
et ſingulis uti et gaudere Priuilegijs, prerogatiuis, exemptionib. immunitatibus
libertatibus, conceſsionib. honoribus, fauoribus, præeminentijs, beneficijs gratijs
ac indultis alijs quibuscūq. quocūq. nomine cenſeantur, quibus alij Doctores,
atque Magiſtri Alme Pariſienſis, Salamaticenſis, Oxonienſis, Papienſis ac Bono=
nienſis Academiæ et quibuscumq. alijs Eccleſiaſticis ac Temporalib. conceſsioni=
bus aut indultis gaudent et utuntur uel uti et gaudere poſsunt ac poterunt quo=
modolibet in futurum iuxta memorata Priuilegia Alme Vniuerſitati noſtre Pa=
tauinæ antiquitus et abſolute conceſſa. Quibus ita geſtis ac declaratis ut sup.a
Periſluſtris & Exc: Phil: & Medicinæ Doctor D. Hieronymus Sancta soph.a
Patauinus ad Theoricā extraordin: Medicine in primo loco publicus Profeſsor,

Promotor eius in Philosoph: & Medicina pro se atq; Perillustribus et Excell.^mis Philosoph. & Medicinæ Doctoribus et Professoribus videlicet D. Antonio Molinetto Veneto ad Theoricã ordin: Medicinæ, nec non ordinariæ Anatomiæ in p.° loco, D. Prospero Thodeschio Florentino ad Theoricã ordinar: Medicinę in 2.° loco, D. Io. Francisco Bonardo Patauino ad Practicã ordin: Medicinæ in 2.° loco, D. Petro de Marchetis Patau.° Equite ad Anatomẽ ordinar: in 2.° loco, D. Comite Hieronymo Frigimelica Patauino ad Practicã extraordin: Medicinæ in p.° loco, Dño Petro Franzano Vicentino ad Philosophiã extraord: in primo loco. Memoratũ Virum per suam luculentissimã orationem petentem et acceptantẽ consuetis insignibus & ornamentis Doctoralibus ibidem decorauit solemniter et publicè insigniuit: tribuit nãq; ei Phil: & Medicinæ libros primo clausos, mox et apertos, annulumque aureũ digito ipsius indidit ac biretũ Doctorale, pro Laureâ Coronâ capiti eius imposuit, pacisq; osculũ eidem exhibuit cum magistrali benedictione. Sic itaque sũma cum laude ac honore plurimo predictus Præclariss: & Excell.^mus D. IOANNES NOLTO ad sũmum Doctorat.^m in Phil: et Medicina apicẽ Diuino Fauẽte numine peruenit. In quor; omniũ et singulor; suprascriptor; fidẽ ac testimoniũ has nrãs patentes Priuilegij literas manu nrã subscriptas & Sigillis Sancti Marci Veneti Almę DD. Artistarũ Vniuersit. ac I. N. G. A. corroboratas chirographo etiã Cancellarij eiusdẽ Vniuersitatis iussimus communiri. Datũ et actũ Patauij in loco solito examinũ Acad: Patau.^e anno Dñi MDCLXIV, Die XXIII mensis Decembris. Principatus Sereniss. DD. Dominici Contareni Ducis DD. Venetor; anno V. Presentibus Nobiliss: et Exc.^mo D. Nicolao Hañekenio Medic: Doct: Mapurgo-Hasso, nec non Clariss: et Doct: Dñis Christophoro Heluig Sclama-Pomerano, D. Septimio Andrea Fabricio Norimberg: alijsq; quamplurimis diuersarũ nationũ nobilib: Studiosis in magna copia testibus omnib: ad premissa vocatis & rogatis. L. D. O. M.

Franciscus Mazzoleni Io: Fortis Priscer.

Blasius Barthelino Pror: et Synd.^cus

Hieronymus Santasophia Promotor.

Ego Carolus Torta ciuis q. Exmi D. J. V. D. Jo: Baptę filius Venetus, auctoritate publica Pad.^a Not.^s Collegiatus, nec non Almę Vnivers.^s DD. Artistarum, ac Exmi Collegij Veneti Cancellarius, testor suprascriptum priuilegium, in quo apparet D. Joannes Nolter doctoratum fuisse in utraq. facultate nemine penitus, etc. ... in fidem me subscripsi, et subsignaui solito meo signo [illegible].